



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XII. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Joannes Gualbertus remissâ ob amorem Crucifixi injuriâ dæmonem à moribundo fugavit; sed & Deiparam cum Sanctis Petro, Paulo & Benedicto sibi morienti præsentibus habere promeritus est. *Nad.* Equum est, ut misericors misericordiam consequatur.

S. Gualberte ora pro me Deiparam, ut cujus unigenitum toties peccatis meis, heu pudet dicere! Crucifixi, mihi parricidæ pessimo crimen ignoscat, & mortis, quam æternam meritus sum, per suam magnam misericordiam, à Filio veniam impetret. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tantæ corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Examen hodie Particulare de mansueto cum proximis procedendi modo institutam, sæpiusque dicam ad Beatiss. Virginem: *Nos mites fac, & castos.*

Bene Misericordia Virginis comparatur nubi, quia velut nubes misericorditer abscondit peccatores ab ardore solis, ita hæc ab ira Filii. *Rich. 2 S. Laur. l. 4. de laud. V.*

Quæstio: Cur Evangelistæ omiserint in ultima cæna præsentiam Beatissimæ Virginis. *v. Barry. Ann. Mar. c. 18.*